

EPISTOLAE VIVIS.

Rogo te vt de familia istic nostra nō
 nihil μετὰ τῶ ἡγεμόνος τῶ γαρδλιανῶ colloquere
 votorum, ad eum paucula quaedam de
 hoc ipso scripsi. O vir omnium amicis-
ime obsecro te, ne in occasione desis.
 Vale.

Viues G. Tamayo suo S.

Iucundissima fuit mihi tua episto-
 la, mi Gonzale, qualis tu semper
 fuisti, & videris mihi nō infœlicem
 operam in stylo excolendo posuisse.
Quæso te ne desuetudine sinas obsoles-
cere. Vehementer enim te, ex quo Lo-
 uanio discessi, superasti. Itaque dabis
 operam, ne quis tibi elabatur dies, in
quo aliquid non, & legeris, & scripse-
ris. Et puta academiã tibi futuram,
 vbi cunque libri & ocium, & animus
 expeditus ad studia & alacer. Patri
 tuo viro optimo, & mihi benenolen-
 tissimo gratias meis verbis ages, pro
 cura, imò sollicitudine de meis rebus.

Alto